

Alte Drucke

Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XIX.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122)

Cariathiarim) oppidum tribus Benjamin (Iof. 18.) quod Gabaonitis antea subiectum fuit, à syluis nomen habet, celebre postea hospitio arcae foederis, à Philistinis reductæ, 1. Reg. 6.7. 2. Reg. 6.1. Paralip. 13. *Ephod, Theraphim*) vide proximo superiori capite. *In ore gladij*) acie seu cuspide gladij, Ebr. 4. μάχαιραν δίσομον, gladium ancipitem. *In regione Roob*) in finibus tribuum Aser & Nephtalim, ad radices montis Libani, vbi Lais non procul à fontibus Iordanis situm fuit. חרף latitudo. *Jonathan*) à Deo datus, vel Domini donum. proprium nomen adolescentis Bethlemitæ, sacerdotis Michæ. *Filium Gersan*) גרשם peregrinus. *Filij Menasse*) מנשה obliuiosus, vel obliuisci faciens. *Vsq. ad diem captiuitatis suæ*) quo arca fuit capta, tempore Heli. *Quo fuit domus Dei in Silo*) סילו oppidum in finibus tribuum Ephraim, Benjamin & Iuda situm, vno à Ierosolymis miliari versus occisum æstiuum, in quo sedes tabernaculi vsque ad Samuelis tempora fuit. Psal. 78.1. Reg. 1.4. הילש Salus, felix, fortunatus.

Caput XIX.

GABAITARVM libido nefanda, excidio totius vrbs, & deletione tribus Benjamin punita: primùm in genere, de vera, seria & horrenda IRA & iudicio DEI aduersus omnis generis peccata, & imprimis libidines vagas & nefarias admonet. & hortatur nos, vt excussa securitate prophana, ad verum timorem Dei exuscitemur, & metu iræ ac iudicij diuini frenemus vitiosas cupiditates, & vitemus delicta, & ad normam voluntatis & legis Dei, vitam & mores nostros conformemus. Præcipuè autem de libidinum foedarum poenis præsentibus ac æternis toti humano generi concionatur, quas Deus, qui est mens iusta & casta, primùm priuatione gratiæ suæ, desertione spiritus sancti, & amissione vitæ & salutis æternæ seuerissimè punit, 1. Cor. 6. Ne erretis, nec scortatores, nec adulteri, nec molles, nec Sodomitæ, regnum Dei hæreditabunt. Ephes. 5. Omnis scortator & immundus non habebit hæreditatem in regno Christi & Dei. Nemo vos decipiat inanibus sermonibus (quod scortatio non sit peccatum) propter hæc enim venit ira Dei super inobedientes. Tertullianus: Cum omnes templum Dei simus, illato in nos & consecrato Spiritu Dei sancto, eius templi æditus & custos pudicitia est, quæ nihil immundum aut prophanum inferri sinat: ne Deus ille qui inhabitat, inquinatam sedem offensus derelinquat. Altera poena est cæcitas & amentia errans in opinionibus, consilijs, negotijs, ac ruens veluti à Deo maledicta & abiecta, in exitium suum & aliorum. Rom. 1. Qui dederunt se turpibus & abominandis libidinibus, tradidit eos Deus in reprobam mentem, vt deserti & abiecti à Deo errent & ruant in perniciem præsentem & æternam. Ephes. 4. Alieni sunt à Deo propter cæcitatem cordis, qui dedoluerunt, & dederunt se lasciuia. Osee 4. Fornicatio & ebrietas auferunt cor, vt Salomonem ipsum dementant mulieres, vt cultum idolorum stabiliat, & hoc loco, Gabaitæ amentes, & de sanitate ac mente deturbati, hospitem Bethlemitam ad libidinem exposcunt.

Ὅταν ᾗδ ὀργὴ δαιμόνων βλάβῃ τινα,
τῆτ' αὐτὸ πρῶτον ἐξαφαιρῆται φρενῶν
τὸν νῦν τὸν ἐσθλόν. εἰς δὲ τιμὴν χεῖρῶν τρέπῃ

γνώμην, ἢ εἰδὴ μὴδὲν, ὡν ἀμαρτάνῃ.
 Iratus ad penam si quos Deus rapit,
 Eripere mentem prius talibus solet,
 Caliginemq; offundit, ut ruant suas
 Furventer in clades, sibi quas noxijs
 Accerserunt ultrò consilijs mali.

Tertiò, peccata seminis in femine, & domesticis, proprijs, ac liberorum infelicitate, calamitatibus & turpitudinibus plectere Deus solet. Nam per quæ quis peccat, per eadem punitur. David adulter, in proprijs liberis & coniugibus similem turpitudinem stupro filia Thamar, & Absolonis seditiosi incestum experitur. Augustus, qui Liuiam à priore marito grauidam abduxerat, sæpè postea, Iuliae filia & neptis libidines intuens, exclamauit, αὐτὸ ὄφελον ἀγαμὸς τε μένειν, ἀγαμὸς τε γενέσθαι. Vtinam nunquam duxissem uxorem, nec ullos vnquam liberos suscepissem. Quarto, magistratus politicus, mandato diuino, ut cætera flagitia ac scelera, cum lege Dei pugnancia, sic libidines etiam, adulteria, scortationes, incestus, Sodomias, seuerè vindicare debet, sicut scortationibus spiritualibus & corporalibus supplicia certa, Leuit. 20. in politia Mosis constituta fuerunt. Postremò, cum magistratus negligit officium, ut omnes Ethnici & Christiani, in castitatis legibus tuendis, indiligentiores fuerunt: tunc Deus ipse custos & executor suæ legis, & adulteros & magistratus & totas gentes propter magistratum negligentiam punit, ut Sodomitæ, igne & sulphure cœlitus demisso delètur. primi mundi libidines diluuiò plectuntur. adulterium Paridis excidio Troiæ vindicatur. & in hac historia, nobiles adolescentes Beniaminios, qui Leuitæ coniugè cōpresferant & interfecerant, & ab Israëlitis ad pœnā poscebantur, cum nemo dedere ad pœnā, consulum fortè vel alioquin ciuium potentum filios, ut Lacedemone nobiliū, qui Scedasi filias violauerant, vellet: magnum & atrox bellū secutum, & tota ferè tribus Benjamin interfecta est. Sæpè enim maximorum bellorum, & aliarum calamitatum publicarum, proximæ causæ & velut *πρωταρτυνη* sunt libidines, ut Herodotus in prima statim pagina, magnis & diuturnis inter Græcos & Barbaros bellis occasionem primam raptus foeminarum Iō, Europæ, Medea, Helena, præbuisse indicat, & tota belli & excidij Troiani historia, concio est de ira ac iudicio Dei aduersus libidines, sicut Herodotus inquit, Troiam funditus deletam toti humano generi declarare, οὗ τῆ μεγάλης ἀδνημέτων μεγάλας αἰσὶ καὶ αἰτιμοῦσαι παρὰ τῆ θεῶ. Quod magnis delictis magnæ pœnæ à Deo constitutæ sint. Estq; hæc ipsa historia captæ & incensæ vrbs Gabaa, sicut Troiæ propter Paridis adulterium deletæ historia, insigne testimonium veteris sententiæ, quam ab Hesiodo, versu erudito rotundè comprehensam, Aeschines etiam aduersus Demosthenem laudat: Πιλῆαι καὶ ἕμπατα πάλαι καὶ εὐδὸς ἔπαυρῆ, ὅστις ἀλιτράινῃ, καὶ ἀτάδαλα μηχανάσαι, τοῖσι δὲ ἔρανόθεν μεγ' ἐπήγαγε πῆμα κροῖων. Sæpè mali malefacta viri populus luit omnis. Opposita autè impudicitia, obscenitati & libidinum spurciciei virtus, castitas, est mundicie animi & corporis cum voluntate Dei congruentè retinere, & libidines omnes à Deo prohibitas vitare. Castitas vitæ cœlibis est sine vlla cōmixtione & contaminatione corporū, sine impudicis cogitationib. & incendijs libidinū, & sine vllò seminis abusu viuere, qualis in angelicis naturis puritas, & in ætate imatura, & paucis singulari dono præditis existit. Castitas coniugalis est in cōiugio ordinem diuinis legib. sancitum seruare. De qua Ebr. 13. dicitur: Honorabile coniugium in omnib. & torus castus ac im-

Chytr

ac impollutus. Scortatores autem & adulteros puniet Deus. 1. Theſſal. 4. Hæc eſt voluntas Dei, caſtitas veſtra, vt abſtineatis à ſcortatione, & vnusquisque ſuum corpus vni coniugi caſtum & ſanctum ſeruet. Singuli verò ad erigendum caſti pudoris decus, his cauſis moueri ac impelli debent, vt huic voluntati & mandato Dei, 1. Theſſ. 4. & alibi expreſſo, obtemperent, & Deum eſſe mentem caſtam & mundam agnoſcant, eumq; caſta & impolluta mente inuocent, & attributione caſtitalis, à diabolis ſpurcis & obſcœnis diſcernant. Deinde vt gratiam & fauorẽ Dei, gubernationem ſpiritus ſancti, & vitæ æternæ hæreditatem, non amittant (1. Cor. 6. Ephes. 5.) nec præſentes ac æternas pœnas ſibi priuatim attrahant, vel publicas calamitates cumulent. Præterea libidinum fama per ſeſe honeſtorum hominum animos alienat, & quantumuis magna ingenij, doctrinæ & virtutum aliorum dona deformat. Econtra verò vt vultus ſpecioſus totum hominem: ſic pudicitia & caſtitas omnes reliquas virtutes exornat. Nota enim eſt Bacchyliſis collatio: Vt cum de ſtatua facies formoſa remota eſt, Non decus in reliquo corpore truncus habet: Sic alij mores ſpreti ſine honore iacebunt, Ni ſint ornati laude pudicitia. Hæc de caſtitate & pœnis libidinum foedarum, doctrina, præcipuus huius xix. capituli locus eſt. Nunc cæteros minùs principales adiungam.

II. De Reconciliatione coniugum poſt adulterium. Nam hic Leuita, vxorem, quæ ob fornicationem durius fortasè à marito tractata, ab eo diſceſſerat, poſt quatuor meſes reducit. Sunt autem in noſtra verſione, in primis duobus xix. capituli verſibus, verba quædam omiſſa, & perperam reddita, cum Ebræi hoc modo legant. Et fuit in diebus illis, & rex non erat in Iſrael, & fuit vir Leuita, vt peregrinus (habitans) in lateribus montis Ephraim, & accepit ſibi vxorem concubinam de Bethlehem Iuda. Et fornicata apud eum eſt concubina eius, & reſceſſit ab eo in domum patris ſui. Noſtra enim verſio nullam fornicationis vel adulterij, ab vxore Leuitæ commiſſi, mentionem facit. Etſi autem, quo ad reconciliationem coniugum, diſſidentium ob adulterium, duriores ſunt Imp. Seueri & Alexandri leges, quæ maritum, ſi deprehenſum in adulterio vxorem retinuerit, vel diſmiſſam reduxerit, lenocinij crimen contrahere affirmant: tamen legibus eccleſiaſticis, adulteram ægentem pœnitentiam reducere licet, vt Deus Eccleſiam ſponſam, etiam ſi ſæpius fornicata ſit, ſemper agentem pœnitentiam recipit, Oſeæ 1. 1. Cor. 7. Vxor à viro non ſeparetur, ſi autem ſeparata fuerit, maneat innupta, ac viro reconcilietur. Auguſtinus ad Pollentium, An tu pollutam exiſtimaſti, quam baptiſmus & pœnitentia purgauit, Quam Deus emundauit, ea non debet tibi videri polluta.

III. *Exemplum mutua ſocietatis & ſuauiſſimæ, inter affines, focerum & generum, alioquin in mundo non admodum frequentis & peruulgatæ.* Sæpius enim, non hospes ab hospite tutus, nec focer à genero. Vt Pompeij & Cæſaris, Demetrii & Seleuci, aliorumque innumerabilium, in quotidiana vita hiſtoriarum oſtendunt.

IV. *Mane ingrediendum iter, & veſperi maturè in hoſpitium diuertendum eſt.* Omnibus enim rebus agendis, deliberationibus, ſtudijs & negotijs matutinum tempus magis idoneum eſt, quàm pomeridianum. *ἡμῶν δὲ τὸ πρῶτον πρὸ φέρον, πρὸ φέρον δὲ καὶ ἔργον.* Et de Aenea ſcribit ſapiens Pœta: Nec minus Aeneas ſe matutinus agebat. Studioſi dialogum Eraſmi, cui titulus eſt, *DILVCTIVM*, legant, & illius ſubiectiões attentè conſiderent ac ſequantur.

V. Seruus prudens ac fidele conſilium dans ſuo Domino, monet, non

esse fastidiendum salutare consilium, propter autoris humilitatem, ut in Græco versu dicitur: πολλὰκι καὶ κήπων αἰὲρ μάλα καίριον εἶπε. VI. De Hospitalitate & vicijs cum ea pugnantis, Deut. 10. Deus amat peregrinum, & vos amate peregrinos, quia & ipsi fuistis aduenæ in terra Aegypti. Et congruunt Homeri versus: Ζῆς ἐπιτιμῆτωρ ἰκετάωντε ζείνωντε, ζείνῃ ὅς ζείνοισιν ἄμ' αἰδοίσιον ἐπὶ δῆ. Excipit autem Leuiten peregrinum hospitio, non ciuis oppidi, sed aduena, qui aliunde in oppidum immigrarat, qui non ignarus mali miseris succurrere discit. VII. Scelus Gabaitarum nefandum, de quo Os. 9. Propheta inquit: Profundè peccauerunt, sicut in diebus Gabaa, recordabitur iniquitates eorum, & visitabit peccata eorum. VIII. Aeger animus semper errat. Hospes Leuitæ in subita consternatione, filiam ad stuprum furentibus vino & libidine adolescentibus offert, ut grauius flagitium Sodomiticæ libidinis vitetur. Non sunt facienda mala, ut eueniant bona, & inter duo mala (culpæ) non minus, sed neutrum eligendum. IX. Pœna adulteræ, mirando Dei iudicio inflicta, quod ignotum esse potest, iniquum esse non potest.

X. *Cadaver vxoris in duodecim frustra concidens, misit in omnes tribus Israël.* Atrocissima iniuria læsus Leuites, vindictam legitimam, non priuatam & inordinatam expetit, sed ad magistratus causam defert, qui legitimas pœnas de sceleris huius autoribus sumant. Quare de pœnis delictorum, eorumque causis, & officio magistratum in nefandis libidinibus & sceleribus severe vindicandis, doctrina, repeti hoc loco potest. Ut autem hic Leuita, sic paulò post annum Christi 1400. ciuis Vicentinus, filia suæ à tyranno Carrario per vim stuprata, & dissecta ad patrem, qui sponte eam mittere tyranno recusarat, remissæ cadaver vasi inclusum senatui Veneto exhiberi curat, eumq; ad puniendum tyrannum & ciuitatem occupandam inuitat. *Filij Iemini*) De tribu Benjamin, ימי דextra. *Filij Belial*) improbi nebulones, לנבלה absq; iugo, ab הו יugum, vnbândige/wilde/böse Duben.

Caput XX.

ARGUMENTVM, seu locus communis historiae urbis GABAITARVM, ob libidines nefandas nobilium ciuium impunè toleratas, funditus excisæ ac deletæ, præcipuus: his tragici Poëtæ versibus luculentè (exponitur:

Ὅσα ὑβρίζειν, δρᾶν τ' ἄεθέτα πάρα,
 ταῦτι νόμιζε τὴν πόλιν χρόνῳ ποτέ
 Ἐξ ἑρίων δραμῆσαν εἰς βύθον πεσεῖν.
Vbi petulanter facere, quod libet, licet:
Legumq; vox & ira vindicis DEI
Ridentur, & inane nomen est pudor:
Magno ruet ventis secundis impetu
Mox in profundum mersa tota ciuitas.

Cum enim ciuitates, imperia, regna & singuli homines, ideo præcipuè conditi sint, & conseruentur, non ut cubilia & lustra voluptatum & auaritiæ: sed veri Dei, omniumque virtutum Deo placentium domicilia & templa sint: norma iustitiæ diuinæ æterna & immutabilis flagitat, ut vel Domino Deo sapienti, iusto, veraci, casto, harum virtutum similitudine conformes obtemperent: vel Deum gubernatorem excutientes, & flagitijs ac sceleribus

Y se pe-